1

Incipit summa libellorum a Petro Jacobi composita super titulo de actionibus

Filium dei unigenitum dominum nostrum Jhesum Christum verum deum et verum hominem
ducem et salvatorem meum invocando qui cum patre et spiritu sancto substan-
cialiter unus est et solus deus et unus solus omnipotens deus
qui ut ait propheta sapientia est deus et omnia in sapientia fecit et sa-
piencie eius non est numerus cuius perfecta sunt opera et lex eius et omnes vie sue
veritas cui omnia serviunt cum bonorum meorum non egeat quia et ut ait auctor
de causis primum enim deus est dives in se et dives in aliis dives in se
quia per alias res ipse non egeret et dives in aliis quia omnia alia egerent. Ego
Petrus Jacobi de Aureliaco legum doctor in Montepessulano attendens quod in-
cipiendis actionibus et eas proponentibus solacium librorum institutorum legentibus et glo-
sis super titulo de actionibus ad formandos aliquos libellos aggredior.
Et licet libelli dominorum Roffredi et Johannis de Blanosco et Guidonis de Ferra-
ria videantur posse sufficere aliter libelli et alia que dicunt fine interpositis compendiose
putavi non obesse. Et cum ad recte formandos libellos et ad recte factos subsi-
nendos seu ad defendendum in causa oporteat cum et naturam actionis debite
cognoscere. Necesse est super natura actionis ad textus et glosas ordinarias
currere quia cum sint aliquando nimis diffuse et ad perquirendum
laboriose obmissis summis quas dicuntur fecisse domini predecessores mei Roffredus
et Placentinus et Johannes ad summam domini Azonis tamquam ad tubam veritatis
recurram excepta materia C. de lib. prec. vel exhib. aut ex quo cum prescriptionis
et excepta materia de acqui. pos. super quibus compendio perquirere textus et eos
intelligere et consultare per glo. ordinarias summa domini Azonis in illis que obmissa
est quasi posita in sexto

De rei vendicatione que competit ratione directi dominii

Coram vobis Berengario de Salin legum doctore iudice Montispessulani
pro domino Jacobo illustri rege Maioricarum domino et potestate in iudicio pe-
tit P. contra M. quod dictus reus possidet seu detinet et facultatem restituendi habet
quendam fundum positum in territorio tali confrontatum ex una parte cum prato deusnadi
et ex alia parte cum fundo Poncii Alamandini flumine publico iam intercedente
qui fundus pertinet ad dictum actorem iure dominii. Unde cum dictus reus dictum
fundum restituere contradicat petitorem sua dirigit dictus actor contra dictum reum suppli-
cans vobis dicto domino iudici ut dictum fundum ad dictum actorem iure dominii
pertinere per vestram sententiam declaretis et dictum reum ad restituendum dicto actori
dictum fundum sententialiter condempnetis una cum fructibus industrialibus iam
perceptis et extantibus et qui percipientur a dicto reo de dicto fundo ante litem
contestatam et extabunt perceptis. Item cum ceteris fructibus industrialibus et naturalibus
qui percipientur post litem contestatam. Item cum fructibus per litem que percipiendis
et condempnari ad restituendum iure remedio appellationis. Petit etiam expen-
sas factas occasione litis petitis et de faciendis protestatur vestrum officium implorando
et ante omnia petit cum dictus reus dictum fundum possideat an non

BIBLIOTHEK DER UNIVERSITÄT FREIBURG
259

a1

http://dl.ub.uni-freiburg.de/diglit/hs259/0005
© Universitätsbibliothek Freiburg
gefördert durch Baden-Württemberg